Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8477
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Cumque hoc coctum fuerit ab ig-
ne deponatur et cum infrigidatum
fuerit coletur et in parte ipsius olei
opium et storax soluta agitando
superinittatur mediocriter et bene
commixta in vase recondatur et
usui reservetur / valet hoc
oleum acutis et pacutis inunc-
tum super fronte et tempora et
plantas pedum / et volas ma-
nuum sompnum inducit et ca-
lore epatis mirabiliter reprimit
super inunctum etc. ¶ viride /

Oleum frigidissimum sic fit Rx
olei granis albi et abluti lb
iiij cimarum rubi tenerrimarum
foliorum viol. umbilici veneris cimba-
larie sempervive solatri foliorum
populi iusquiami mandragore
crassule maioris portul. lac-
tuce bardane omnium xiiij an. ℥
iij. hec omnia simul terantur
et in oleo supradicto mittantur
per iiij dies quarta super igne po-
natur et usque ad spissitudinem
buliat usque ad succi consump-
tum ab igne deponatur et residere
permittantur et illud quod super-
natat colligatur et usui re-
servetur valet acutis et per
acutis fronti et temporibus
inunctis valet calori et do-
lori ypocondriorum per dorsum a
nucha usque inferius inunctum
et per ventrem similiter et plan-
tis manuum et pedum eodem modo
inunctis / hoc modo mirabiliter
et potenter medetur contra omnem
immoderatum dolorem ¶

Oleum absinthii sic fit Rx
foliorum absinth. viridium
lb. j. et pone in . x . lb. olei
abluti et suspende ad solem
per iiij diebus deinde cola et

reserva hoc oleum est valde
mirabile / valet bibitum opila-
tionibus epatis / valet yctericie
et provocat menstrua et confor-
tat stomachum debilem iectum
in auribus interficit lumbricos
ex eo frigidum tertium suppositum
stomacho debili confortat ipsum
valet etiam suffocationi fungi
et bibitum cum oximelle aperit
opilationes epatis et splenis.

Oleum mirabile et probatum contra
lumbricos Rx abrotani
℥ ij. absinthii ℥ ij. cortices
laureole ℥ j. sticados ℥ iij
gentiane ℥ j. pitarie ℥ iiij
centauree utriusque an. ℥ ij.
cortices radicum mori ℥ iiij.
corticum radicis malogranati
persici cortice radicum fraxini
corticum radicum arboris nucum
an. ℥ j. et s. seminis utriusque
an. ℥ j. porri an. ℥ ij. satu-
ne ℥ ij. lingwe avis ℥ s.
mirre ℥ s. dapnid. aloes an
℥ ij. hec omnia terantur bene
et dimitte in lb. viij. olei
granis et lb. ij. aceti per viij
dies nona vero die buliat
lento igne donec herbe et
cortices cocte sint et dimitte
infrigidari aliquantulum postquam
coletur et addatur aloes et
mirre bene pulverisatum et
omnia insimul commisceantur.

Oleum maiorane fit sicut
alia olea / valet lassitu-
dini / et inunctum in oleo valet
contra palisim et torture oris
et iniectum in auribus sedat
tinnitum et rugitum / dissolvit
ventositates et provocat men-
strua et valet contra morsum

Oleum mirabile ¶ scorpionis
alanorum sic fit Rx ex eis.

272